



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 25. Cæsar is responsum ad Moroni Cardinalis literas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„Synodus nisi præsente Pontifice, nec  
 „id innovari posset sine gravi Sedis Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
 „Apostolicæ detrimento, si vero Cæ-  
 „sarea Majestas, per eam Constitutio-  
 „nem obstaculis, quæ Principes con-  
 „tra abusus injiciebant, haud satis con-  
 „suli existimet, atque opportunum ar-  
 „bitretur, ut res Concilio proponere-  
 „tur, tunc penes Cæsaream Majesta-  
 „tem erit, declarare ea, quæ ad hosce  
 „Principes spectant, quorum omnium  
 „certe ratio habebitur: hæc autem  
 „Cæsareæ suæ Majestati serio perpen-  
 „denda proponeret, rogaretque, ne le-  
 „gationem hanc suo successu frustrare-  
 „tur, sed potius suæ pietatis, suique  
 „erga Sedem Apostolicam affectus, at-  
 „que in communem utilitatem studii  
 „specimina ederet, a quibus unice pro-  
 „sper Synodi exitus dependeret.,,

### §. XXV.

#### *Cæsar's responsum ad Moroni Car-* *dinalis literas.*

Altera die decima tertia Maji Impe- Pallav. t. 15.  
nnm. 8.  
 rator perfecta hac epistola ad Mo-  
 ronum hæc perscripsit: „Per Nationes  
 „suffragia esse danda non alio ex fine  
 „proposui, nisi quia tu ipsem et a me  
 „consilium petieras de modo longiores  
 „questiones, ac disputationes decli-  
 „nandi: de cetero mihi minime per-  
 „fua-“

Sæcul. XVI. „sua sum est, unum, aut alterum ex  
A.C. 1563. „Anglis æqualem obtenturos auctori-  
 „tatem seu triginta Præsulum ex aliis re-  
 „gionibus parem; sed potius censeo,  
 „ut ea, quæ selecti Patres digesserant,  
 „in Synodo postea referantur, ut pro  
 „majori suffragiorum numero cuncta  
 „aut comprobentur, aut rejiciantur;  
 „haec autem omnia a me sunt proposita  
 „duntaxat ut consilium suggeram, non  
 „autem ut mandatum imponam. Ce-  
 „terum earum vocum, *Proponentibus*  
 „*Legatis*, disertam quidem declaratio-  
 „nem fieri exoptabam; sed ut animum  
 „meum Legato obstrictum patefaciam,  
 „contentus ero, dummodo mihi con-  
 „cedatur facultas communicandi Præ-  
 „fidibus mea postulata, quæ ipsus in  
 „utilitatem ditionis meæ fore arbitror,  
 „ut Præsidum sententiis auditis per  
 „ipsos metea proponantur, si vero, quod  
 „futurum minime spero, illi hoc facere  
 „recusarent, possent ea uti facultate  
 „mei Oratores, quod pariter ceteris  
 „Principibus concessum iri confido..”

Hoc Cæsaris responsum eadem die  
 decima tertia Mensis Decembris Nun-  
 tio Delphino redditum ad Moronum Le-  
 gatum tunc Moteræ prope Oenipontum  
 adhuc hærentem transmissum est, quo  
 accepto Cardinalis ingenti lætitia af-  
 fectus

fectus pro responso tam obsequiosis ver- Sæcul. XVI.  
bis concepto grates rependit. A.C. 1563.

## §. XXVI.

*Navagerus Legatus reformationem  
urgere a Lansaco importune  
sollicitatus.*

Quamvis præcipiuus Synodi Præses *Pallav. c. 16.*  
nondum Tridentum reversus esset, *n. 3. l. 20.*  
nihilominus Galli morum emendatio-  
nem importunius petebant; nam Lan-  
facus Navagero hæc exposuit: cum tan-  
„quam Regis Orator Romæ degerem,  
„compertum mihi erat, quod Pontifex  
„tam bene animatus sit ad Ecclesiam  
„reformandam, ut in Gallias regres-  
„sus, regnum universum eo nuntio ex-  
„hilararem: nunc vero contristor ex ani-  
„mo, quod cernere cogar, tam lente  
„rem progredi, ideo, dum Vestra Emi-  
„nentia ad munus illud obeundum  
„missa fuerat, ipsam rogavi, ut digna-  
„retur celeriter opitulari tantæ necessi-  
„tati tantisque votis Christianæ Rei-  
„publicæ, ac potissimum Galliæ Regni  
„calamitatibus. Ad hæc legatus re-  
posuit Lansaco, eum sic alloquens,  
„nunquam a te tam vehementer com-  
„mendari poterit hujusmodi negotium,  
„ut non impensius jam antea illud a  
„Pontifice fuerit commendatum, præ-  
„teritæ autem cunctationis certam ra-  
„tio-